Quelle: https://manuscripta.at/?ID=967
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

ciabo: in infirmitatibus meis
ut inhabitet in me virtus cristi.
Sciant gentes quoniam nomen tibi Grad.
deus tu solus altissimus super om
nem terram. V. Deus meus pone
illos ut rotam et sicut stipulam
ante faciem venti. Tractus. Commo
visti domine terram et conturbasti eam.
Sana domine contriciones eius V.
quia mota est. V. Ut fugiant a fa
cie arcus ut liberentur electi tui.
In illo tempore. Cum S. lucam.
turba plurima conveniret et de ci
vitatibus properarent ad Jhesum
dixit per similitudinem. Exiit qui
seminat seminare semen suum
et dum seminat: aliud cecidit
secus viam et conculcatum est
et volucres celi comederunt
illud. Et aliud cecidit supra pe
tram et natum aruit: quia non
habebat humorem. Et aliud ce
cidit inter spinas et simul exor
te spine suffocaverunt illud. Et
aliud cecidit in terram bonam:
et ortum fecit fructum centuplum.
Hec dicens clamabat. Qui
habet aures audiendi audiat.
Interrogabant autem discipuli eius
que esset hec parabola. Quibus
ipse dixit. Vobis datum est nos
se misterium regni dei: ceteris autem in
parabolis: ut videntes non vide
ant: et audientes non intelli
gant. Est autem hec parabola.
Semen est verbum dei. Qui
autem secus viam sunt: hii sunt
qui audiunt: deinde venit dya
bolus et tollit verbum de corde
eorum ne credentes salvi fiant.
Nam qui supra petram ceci
dit: qui cum audierint cum
gaudio suscipiunt verbum et
hii radices non habent: quia ad
tempus credunt. Et in tempore temp
tacionis recedunt. Quod autem
in spinis cecidit: hii sunt qui
audierunt. Et a sollicitudi
nibus et diviciis et voluptati
bus vite euntes suffocantur
et non referunt fructum. Quod
autem in bonam terram: hii sunt
qui in corde bono et optimo
audientes verbum dei retinent
et fructum afferent in paciencia.
Perfice gressus meos in Off.
semitis tuis ut non moveantur ve
stigia mea inclina aurem tuam et
exaudi verba mea mirifica misericordias
tuas qui salvos facis sperantes in
te domine. Secr. Oblatum tibi do
mine sacrificium vivificet sem
per et muniat. P. Con. Introi
bo ad altare dei ad eum qui letifi